



Dette værk er downloadet fra Slægtsforskernes Bibliotek

Slægtsforskernes Bibliotek drives af foreningen Danske Slægtsforskere. Det er et privat special-bibliotek med værker, der er en del af vores fælles kulturarv omfattende slægts-, lokal- og personalhistorie.

Støt Slægtsforskernes Bibliotek – Bliv sponsor

Som sponsor i biblioteket opnår du en række fordele. Læs mere om fordele og sponsorat her: <https://slaegtsbibliotek.dk/sponsorat>

Ophavsret

Biblioteket indeholder værker både med og uden ophavsret. For værker, som er omfattet af ophavsret, må PDF-filen kun benyttes til personligt brug. Videre publicering og distribution uden for husstanden er ulovlig.

Links

Slægtsforskernes Bibliotek: <https://slaegtsbibliotek.dk>

Danske Slægtsforskere: <https://slaegt.dk>

EXAMEN PUBLICUM ANNIVERSARIUM

IN

SCHOLA METROPOLITANA

VIII CALENDARUM OCTOBRIS A. MDCCCXXXVIII

HABENDUM

INDICIT

RECTOR SCHOLÆ

NICOLAUS LANG NISSEN,

DOCTOR PHILOS. ET MAG. ART. ATQUE PROFESSOR, ORDINIS DANEBR. EQUES.

Insunt Acta sollemnia scholastica ad munus publice gratulandum Collegæ, Magistro primario,
die VI Septembris a. 1837 celebrata.

HAVNIÆ.

TYPIS DIRECTORIS **JANI HØSTRUP SCHULTZII,**
AULÆ ET UNIVERSITATIS TYPOGRAPHI.

EXAMEN PERIODEM ANTIHISTORICUM

II

SCIENTIA MENTIS OPTIMA

IN CLASSE ANTIHISTORICAE

INSTITUTI

1900

EXAMEN PERIODEM

SCIENTIA MENTIS OPTIMA

EXAMEN PERIODEM ANTIHISTORICUM

EXAMEN PERIODEM

EXAMEN PERIODEM ANTIHISTORICUM

EXAMEN PERIODEM ANTIHISTORICUM

EXAMEN PERIODEM

EXAMEN PERIODEM ANTIHISTORICUM

PRÆFATIO.



*Si quis forsitan quærat, cur, quo tempore de usu linguæ latinæ in rebus quam scholasticis tum academicis tot tantique moveantur tumultus, eo utique in conscribenda hac oratiuncula latino maluerim quam vernaculo sermone uti, respondebo, me, etsi longe aliter, ac fieri vulgo soleat, studium litterarum latinarum in scholis nostris instituendum esse putem, nihilominus eorum in numero esse, **qui latinis exercitationibus ali melius ingenia posse censeant**, latinæque linguæ contemptoribus in memoriam revocabo, quod puero sibi Cicero, quum ejusmodi quæstio jam illo tempore in disceptationem doctorum virorum renisset, accidisse narrat. In fragmentis enim epistolarum ejus hæc eum commemorasse legimus.*

*”Equidem memoria teneo, pueris nobis primum **latine** docere
”coepisse **Luc. Plautium** quendam; ad quem quum feret concursus,
”quod studiosissimus quisque apud eum exerceretur, dolebam, mihi
”idem non licere. Continebar autem doctissimorum hominum auto-
”ritate, qui existimabant, **græcis exercitationibus ali**
”**melius ingenia posse.**”*

(Ex epist. ad M. Titinium.)

*Est vero, ut opinor, operæ pretium attendere, esse hanc
quæstionem, pro qua denuo pugnari coeptum est, mutatis
mutandis tantum non eandem, atque olim esset, ac tam veterem,
ut vel ad Ciceronis ætatem ascendat.*

De εὐθυμῆᾳ quadam *Falsteri*, sive humanitate atque liberalitate animi
in præcipuis regiminis scholastici virtutibus haud immerito habenda.

O r a t i o,

quam in Sollemnibus *Scholæ Metropolitanæ*,

ad V. D. *Fred. Chr. Olsen*, Magistrum primarium hujus scholæ,
publice muneri suo præficiendum,

die VI Septembris anni 1837, hora XI antemeridiana,

habuit

Rector Scholæ

Nicolaus Lang Nissen.

in the year 1870, the population of the United States was 39,819,000. In 1880 it was 50,189,000. In 1890 it was 62,949,000. In 1900 it was 76,212,000. In 1910 it was 92,228,000. In 1920 it was 106,011,000. In 1930 it was 123,203,000. In 1940 it was 137,323,000. In 1950 it was 152,271,000. In 1960 it was 179,323,000. In 1970 it was 203,301,000. In 1980 it was 226,545,000. In 1990 it was 251,189,000. In 2000 it was 281,421,000. In 2010 it was 309,293,000. In 2020 it was 331,449,000.

STATES

of the United States of America

of V. D. Cook, Clerk of the House of Representatives, and
public printer and printer of the Senate

Washington: Government Printing Office, 1909

MADE IN U.S.A.

Receptor School

Nicolaus Mary Kasper

*Auditores, excellentissime, illustrissimi, doctissimi, omnium
ordinum optimi!*

Quod suo loco aptissime dictum est, *multos esse vocatos, paucos esse electos*, id haud dubie valet in dijudicanda uniuscujusque negotii munerisque ratione, num difficile sit necne. Quare, quum Xenophon, egregius ille Cyropædiæ scriptor, in prooemio hujus operis se eo consilio Cyrum suum litteris mandasse dicit, ut palam fieret, quomodo ille præ ceteris idoneus factus esset, qui hominibus imperaret, quumque artem imperandi, quam vulgo difficilem esse existimant, vixque homini datam, tantum abesse contendit ut vires humanas superet, ut ne difficilis quidem sit, si quis rem recte aggrediatur, ad eamque imprimis idoneus sit, haud indignum duco, quod quæeratur, num id recte contendat. Omitto dicere, aliam alio tempore esse regni conditionem, aliam esse hodie regnandi artem, aliam Cyri ætate fuisse; nec tacendum est, Xenophontem ad historicam fidem hanc scriptiorem non composuisse, magis vero ingenio suo indulsisse, ut narratione tantum non ficta adque fabulæ romanensis hodiernæ naturam accedente, optimi principis imaginem regibus ac principibus intuendam et imitandam proponeret. At merito dubitari videtur, recte dici, difficultatem non habere regnum, quod ita non difficile dicatur, si quis rem recte aggrediatur, atque ita natus sit, ut eximiis virtutibus ad ipsam rem aptus sit atque idoneus.

Omne enim negotium sic se habet, ut, si quis ad id natus sit, remque recte aggrediatur, omnia facilia sint prospereque cedant, sin minus, omnia difficilia factu sint, et sinistre evadant. Ad imperandum vero imprimis pertinet, quod cum omnis generis hominibus, non cum rebus solis

... hinc hominis virtute et industria, sed ex ipsa

re difficultatem aut facilitatem ejus dijudicare verum est; et suapte natura imperandi ars, si historiam consulimus, paucitatemque eorum reputamus, qui in regno et imperio laudem sempiternam nacti sunt, potius difficilis quam facilis existimanda esse videtur.

Jam vero, si magnis parva componere fas est, quum cogitanti mihi de rebus scholasticis identidem visum est, inter regnum et regimen scholasticum aliquid similitudinis intercedere, nescio an maxime in eo, quod etiam hic cum multo hominum genere omnique ætate, discentium, docentium, parentum aliorumque res agatur, in mentemque venit, quemadmodum ars regnandi difficillima habeatur, sic regimen scholasticum adeo molestum habitum esse et haberi, ut proverbium sit vulgo tritum, quem Jupiter oderit, eum præceptorem facere, tum illud etiam in utroque regiminis genere convenire videbatur, quod, si quis præ aliis sui generis incla-ruisset, et quasi perpetuam laudem quum apud suos, tum apud posteros, nactus esset, id nemo umquam adeptus sit laudis, nisi simul bonus vir esset, ad aliasque virtutes, quibus res ipsæ carere nequeant, etiam humanitatem atque liberalitatem animi adjunxisset.

Quod neutiquam ita intelligendum est, quasi sola hac animi lenitate morumque probitate ac facilitate aliquis vel in illo vel in hoc regimine rebus suis imprimis idoneus ac perfectus fieret, sed ita intelligi debet, ut in utroque imperio, etsi quis maximis animi dotibus ac facultatibus conspicuus, ingenio ille, prudentia ac fortitudine, doctrina hic diligentia ac docendi dexteritate, omnes alios sui generis vicerit atque obscuraverit, tamen, nisi etiam illa humanitate et benignitate animi suos amplexus sit, hominumque animos sibi conciliaverit et ad se traxerit, numquam ita perfectus haberetur aut diceretur, ut perpetuis seculorum laudibus celebratus sit.

Est enim ejusmodi conditio utriusque regiminis, ut, si recte justeque habeantur, qui imperio obnoxii sint, æquo animo se in ordinem cogi patiantur, libertatis vero aliquid sibi dari velint, illi inhient atque indulgeant, illam suspiciose tueantur, nec nisi ægre ac moleste ferant, se ultra modum ac præter necessitatem severis locibus contineri.

cillitati generis humani ætatisque vitio, si imbecillitas vitiumque est dicendum, qui bene imperarint, numquam non sibi inserviendum esse putavere. Illa vero animi liberalitate atque humanitate efficitur, tum ut boni principes, suorum vere amantes, liberis civibus quam servis imperare malint, maximamque in eo felicitatem ponant, ut suorum salutem ac commoda augeant, nec aliter, qui scholas præclare dextreque rexerint, puerilem ætatem amplexi, eam bene ac liberaliter habeant, ejusque incolumitatem atque hilaritatem non imminuere, sed servare studeant; tum ut illis sint cives meliores, placidiores, obtemperantiores, his discipuli modestiores, sedatiores, dicto magis audientes.

Et hæc quidem humanitate suaque ipsius εὐθυμίας, vero omnis humanitatis fonte, *Falsterus* ille, initio muneris scholastici gerendi, quum ante adventum ejus licentia atque immodestia in scholam Ripensem immigrasset, miscendo lenia duris, acerbis mitia, sic lapsis scholæ moribus inque præceptis ire coeptis subinde mederi valuit, ut brevi post in nullis tunc Daniæ scholis tantus modestiæ, diligentiæ in studiisque progressui honos fuerit; eademque usus humanitate, tunc temporis ferme mira, ille *Joannes Henricus Tauberus* tantum abfuit, ut castigationum acerbicatem adhibere ei necesse esset, ut austero solummodo oculo, immiti solummodo voce aut salse dicto opus esset, ut immodestos reprimeret pigrosque ad diligentiam revocaret.

Quippe in omni imperio bonis artibus plus efficitur quam malis.

Sic vero maxima ex parte ars imperandi et in rebus publicis et privatis in eo posita esse videtur, ut, penes quos est potestas, ii ne obliviscantur, etiam illos, qui voluntati ipsorum obnoxii sint, humanam induisse naturam, eam vero esse ejusmodi, ut injuriam ferre nequeant, si vero libertate nimis carere cogantur, impatientia quadam victi ad stultitiam et temeritatem transversos se agi sinant.

Quum igitur in utroque regimine austeritatem comitate condire, acerbicatem æquitate lenire, cautionem atque taciturnitatem affabilitate blandisque vocibus temperare deceat, hisque artibus et hæc moderatione imperanti opus

accendere, temerarium refrenare, impotentem coercere et velit et possit, haud mirum est, tam paucos in imperio fuisse, in quibus illæ artes essent, tamque raros, qui, omnibus numeris in suo genere perfecti, perpetua apud posteros memoria et laude inclaruerint.

Quare quanto rarius hæc regni felicitas terris contigit, quantoque vulgarius, imprimis olim, ista scholarum rebus asperitas accidit, ut multi tum demum potestate uti sibi viderentur, quum ea abuti liceret, tanto vehementius gestit animus, dari sibi, prisca illa repetenti, *Titum* aliquem, tam raræ humanitatis principem, ut diem illum, quo nihil beneficii alicui præstitisset, periisse sibi quereretur, illamque ob benignitatem dignus habitus sit, qui amor et deliciae generis humani appellaretur, et *Traianum* illum, ita longe optimum principem judicatum, ut insequenti cuique imperatori, in auspiciando regno, acclamando et precando, ut esset felicior Augusto, melior Traiano, tamquam unicum principis exemplum a suis laudatus sit. Gestit animus, dari sibi, annales ævi recentioris recolenti, *Henricum quartum* aliquem, optimum Gallicæ quondam gentis custodem et patrem, quo bono duce pax demum ac salus patriæ ita illuxit, ut tutus bos rura perambularet, lætus colonus, vite ad viduas arbores ducta, festis saltem diebus genio suo indulgendi copiam haberet. Nec minus exultat animus, dari sibi, annales scholarum perlustranti, *Falsterum* aliquem, rectorem illum Ripensem, præter tot tantasque alias ingenii, doctrinæ atque industriæ laudes, sua illa εὐδρυμία atque unica quadam humanitate ita insignem, ut omnes alios sui temporis scholarum rectores obscuraret, eundemque post seculum, et quod excurrit, in festiva illa oratione nuptiali, habita in rectoratu obeundo, quum, muneri suo inauguratus, ipsam scholam quasi uxorem duceret, sponsique amatoris instar sponsæ duleissimæ cum liberis pulcherrimis dextram fidemque daret, lætum et hilarem, veluti vivum ac spirantem, etiam hodie oculis nostris obversantem. Gestit animus, dari sibi *Tauberum* aliquem, *Joannem* illum *Henricum Tauberum* dico, de tribus Daniæ scholis nostra memoria deinceps meritissimum, tum exemplo tum scriptis humanitati scholasticæ, raræ illa ætate, viam suo tempore munisse alii gratia postea in

Si quis igitur, animo ad munus scholasticum applicato, id agit, ut se ipse ad rem bene gerendam accendat, id imprimis ei faciendum est, ut alios, qui res suas bene dextreque gesserint, intueatur, et animum attendat, qua ingenii morumque felicitate adjuti muneri suo ita imprimis idonei essent, ut ad id non vocati sed electi atque quodammodo nati esse videri possint. Quumque et eo consilio Xenophon se Cyropædiam suam composuisse dicat, ut regibus ac principibus splendidum esset exemplum, quo intuendo admonerentur, quid suum esset, adque bene sperandum de viribus suis exciterentur; pari modo, qui in rebus scholarum versantur, earum annalibus pervolvendis in id incumbere debent, ut, quidquid ubique egregium et præclarum sit, id suum facere atque quodammodo sibi vindicare studeant. Sic utinam tali contemplatione atque admiratione virorum egregiorum, olim et postea, novos spiritus novosque animos capiant, illamque animi liberalitatem ac pietatem, quam veræ diligentiae, veræ atque antiquæ honestatis rectique cultus fontem esse dixi, sibi induant!

Quod Deus O. M. faciat, ut bene eveniat!

Omissis vero, quæ hactenus ad præfandum ipsis sollemnibus disserui, ad id, quod reliquum est, transeo, ut novum collegam V. D. muneri suo publice ac sollemniter præficiendum renuntiem.

Præterlapso enim lustro et anno, ex quo novissime sollemnia hujusmodi hic habita sunt, medio tempore mutationes in numero magistrorum scholæ, quos dicam, evenere. Discessit a nobis interea e numero Adjutorum: 1) *Petrus Andreas Plum*, ad sacra coetuum Valløebye et Taarnbye in Sjællandia curanda vocatus, in cujus locum suffectus est ornatissimus *Carolus Nicolaus Edvardus Markussen*, Theologiæ Candidatus, qui quum post dimidium anni et spatium trimestre munere se abdicasset, ei successit

Petrus Fredericus Jensen Candidatus Theologiæ. intra

annum finitum Adjuncti nomine et salario donatus ¹⁾, jam quinquennii tempore disciplinam rerum sacrarum recte ac liberaliter hic docendo de schola nostra bene meritus; discessit a nobis quadriennio abhinc 2) V. D. *Christianus Fredericus Ingerslev*, Candidatus Theologiæ et Philologiæ, Artium Magister, Randrusiam vocatus ²⁾ ibique magistri primarii honore et præmiis donatus; in cujus locum suffectus est V. D. *Janus Bjerregaard*, Philologiæ Candidatus, eodem anno ³⁾ Adjuncti nomine et præmiis auctus, hoc vero anno ⁴⁾ magister primarius in schola Coldingensi constitutus, cui, Viro doctissimo, ob integritatem morum, munerisque bene gerendi indefessum studium mihi carissimo, ut bene sit, ubicunque erit, intime opto; 3) discessit a nobis munere et vita defunctus ⁵⁾ ante triennium Professor *Bojus Matthiessen*, valetudine infirma diu usus, postquam annos viginti quattuor linguam teutonicam hic docuit; sit terra levis fesso, jam placida pace composito, molliterque ossa cubent! — Hoc anno vero a nobis discessit V. D. *Bonaparte Borgen*, per spatium tredecim annorum doctrina et dexteritate docendi de rebus scholæ nostræ optime meritus, litteris regiis ⁶⁾ regendæ scholæ Randrusiensi præfectus. In cujus locum suffectus ad nos rediit V. D. *Fredericus Christianus Olsen*, ante septem annos Adjuncti munere in hac schola functus, per hoc septennium in schola Helsingorana magister primarius, jam in eodem munere scholæ nostræ redonatus.

Quod ita evenisse quum sit et nobis lætandi et scholæ gratulandi causa, quumque Regi augustissimo, rebus nostris consulenti, sic placuerit, Virum hunc doctissimum magistrum primarium in hac schola alterum constituere, Deum O. M. precemur, ut eum suo animo atque vigore propitius

1) mense Octobri anni 1833.

2) mense Februario anni 1833.

3) mense Octobri anni 1833.

4) mense Julio anni 1837.

5) mense Augusto anni 1834.

6) mense Aprili anni 1837.

implere atque augere velit, ut, liberali studio incensus, integris viribus confirmatus, omnia bene ac prospere sibi succedere videat.

Quare, ut jam ipsam horum sollemnium rem faciam, Te, collega doctissime, *Frederice Christiane Olsen!* primarium magistrum in hac schola, a Rege augustissimo nominatum, amplissimæ huic auditorum coronæ juventutique scholæ coram ostendere, Teque talem ritibus patriis renuntiare et ab omnibus, ad quos pertinet, ita habendum atque colendum nuncupare liceat! Gratulor Tibi, collega doctissime atque amicissime! muneris novi honorem atque commoda, utque id gerenti omnia Tibi ex sententia eveniant, vehementer opto. Sic vero fore spero, ut, quem prius collegam magni feci, quem abitu a nobis ante septennium acerbum idemque dulce sui desiderium nobis reliquisse testatus sum, collegam mihi redditum non minoris faciam; tantoque libentius fidentiusque sic fore spero, quanto magis persuasum est, Te non alium sed eundem nobis redditum esse.

Vos denique, optimi scholæ huius alumni! rogo atque obtestor, ut, quibus sensibus vos hisce sollemnibus interfuisse confido, eos in animis vestris ne torpescere sinatis. Estote modesti, solis rebus honestis intenti, semperque in id incumbite, ut hæc domus, fingendo ad omnem humanitatem ingenio exstructa, per Vos indies melius audiat!

Quam Tu, Deus O. M., semper tueri atque servare velis, ut prodeat hinc singulis annis numerus adolescentum, vera humanitate excultorum, qui viri olim patriæ regni que commoda ac salutem, urbis hujus decus, artium atque litterarum laudes augeant!

Dixi.

O r a t i o,

quam inter sollemnia in *Schola Metropolitana*

die VI Septembris anni 1837

celebrata

perorandi causa

habuit

Fredericus Christianus Olsen.

Etsi multa et gravia sunt ea, quæ festo hoc die animum meum permovent, id tamen accurate mihi agendum esse puto et omni studio enitendum, ut, quaecumque hic dies mihi attulerit vel ad lætitiã vel ad tacitam mentis deliberationem, omnia simul animo amplectar et penitus percipiam, fructus inde in futuræ vitæ usum quantos maximos potero reportaturus. Etenim ea de causa potissimum et hæc nostra et alia ejusmodi sollemnia parata esse a majoribus videntur, ut, qui quasi igniculi per quotidianam vitam rarius apparent, hic in grande quoddam et augustum lumen coeant, cujus et splendore ducamur et ardore ad optima quæque studia incendamur. Sed hoc, quod præsens est, dum totum atque integrum meum facere studeo, illud mihi accidit, quod fieri solet, ut ne præsentia quidem plane percipi possint, nisi accesserit et memoria præteritorum et spes futuri. Itaque præsentis horæ donis me recreari atque confirmari cupiens respicere et ad ea, quæ multo ante acta sunt, mentem referre cogor.

Ac repetenti mihi memoriam ejus temporis, quum primum hanc viam publici officii ingressus sum, primus se offert ipse hic sanctissimus locus, quo hodie convenimus. Numquam ex animo meo excidet memoria ejus diei, quo abhinc annos prope novem, huic magistrorum ordini modo adjunctus, primum in hanc domum, sedem illam futuræ meæ industriæ, intravi. Erat ille ultimus anni dies et convenerat studiosa juvenus cum doctoribus suis in festum et sollemnem coetum, ut reliquias emorientis anni sancte et graviter obirent. Potuitne mihi in primo limine et introitu novi curriculi ver-

esse cogebant et ad gravissima quæque agitanda vocabant? Vidi tum virum illum, cui successeram, dignum præmium ferre virtutis et industriæ, quum *venerandus hic scholæ præses* gratias ei ageret ea voce, quæ verum animi sensum proderet, eo vero animi sensu, qui quum illum ad opinionem egregiæ laudis commendaret, tum ipsum dicentem magis venerabilem redderet, mihi autem indicaret, quid faciendum esset, quid, re bene gesta, sperandum. Quid percenseam, quæ per illas horas animo meo obversata sint? Hoc tantum dicam, vix boni et honesti quidquam a me posse appellari, quod mihi postea in illo cursu quasi præluxerit, quin id illo die in animo meo vel natum atque conceptum sit, vel auctum atque corroboratum.

Ita præparato animo opus ipsum aggressus sum; et dedit mihi summus deus id, quo majus nihil dari mihi potuit, ut lætus ac libens facerem ea, quæ me facere oportebat, atque ut ex ipso labore delectatio mihi existeret. Bene et jucunde mihi fuit versanti inter juventutem lætam et alacrem, quæ quum jam domi bonis moribus assuevisset, leni disciplina facile continebatur; quæ magistros et verebatur sine timore et per juvenilem fiduciam adibat sine immodestia; ac sane memini sæpe horas celerius effluere quam vellem et terminandi laboris signum supervenire mihi moranti et cum desiderio præteritum tempus respicienti. Miseram judicent licet imperiti sortem docentium, gravem et molestum laborem existiment; me quidem nunquam poenitebit hanc docendi viam instituisse, nec desinam summum illud regimen, quod iter meum eo inclinavit, collaudare et grato animo proseguere.

Verum quamquam arbitror summum magistri bonum ponendum esse in eo amore quum juventutis tum ipsius docendi muneris, qui efficit, ut vivere ei non sit magis proprium et naturale quam docere, non tamen silentio prætermittenda sunt magna illa et prospera, quæ multis modis in hac schola mihi opitulata sunt. Etenim eos collegas nactus eram, cum quibus labor ipse et molestia, si qua fuisset, non posset non leniri. Iste candor, ista humanitas ad omne officii genus prompta, ista denique comitas et crata inter quotidianum consuetum, quæ mihi in illa schola præstita sunt, non potest non meo animo gratissimè et maxime commendari.

reddiderunt illorum temporum memoriam. Sed ante omnia prædicandus mihi est animus ille amicus et vere paternus, quo me amplexus est *ipse præses et rector scholæ, vir summe venerabilis, qui quemadmodum accurata ordinis conservatione et humana non minus quam severa disciplina efficit, ut quasi salutaris quædam aura, ex qua spirare dulce, omnem hunc locum permeare videatur, sic humanitate, comitate, benevolentia animum meum sibi devinxit atque eo amore implevit, qui numquam postea remissus, nunc ad iteratam consuetudinis et officii rationem revocatus majora semper incrementa sumpturus videatur.*

Atque ego ex præteritarum rerum memoria me jam in hæc tempora delapsum esse video, quæ sane ita similia sunt illis, quæ ante septem annos, quibus hæc schola carui, fuerunt, ut interdum obliviscar, me ex longa absentia hic denuo viam diu intermissam repetere. Quidquid enim in hoc loco antea dilexi, quidquid admiratus sum, id omne viget etiam nunc et valet. Sunt et magistri et discipuli ii, qui mutuo amoris vinculo inter se jungantur; fit opus comiter gravitate non omissa, vigilat disciplina, adest humanitas. Itaque etiam nunc anni illi, quorum multi ex majoribus natu non sine tædio recordari solent, in hoc loco jucunde a pueris traducuntur; et est vero magistris ipsis in illo amore juventutis quasi perennis fons vitæ, qua imbuta ætas recreatur, vires reficiuntur. Nam qui magister minores discipulos quasi filios suos, majores quasi futuros amicos existimat, huic in fungendo munere perpetua juventus provisa est.

Quodsi vero magnum bonum et his de causis et propter alias meas rationes ducendum est, quod in hunc locum restitutus sum, nihil mihi antiquius esse debet, quam, quibus hoc acceptum refero, his justas et meritas gratias persolvere.

Et primum quidem ea, qua par est reverentia et pietate gratias ago augustissimo et clementissimo regi, qui, quum eximio patriæ amore conspicuus sit, vel sua ipsius causa merito a nobis amari debet. Vivat nobiscum diu optimus ille pater patriæ; vivat et valeat, et sit ei ex

Tum viris illustrissimis et amplissimis, qui res nostras moderantur, quorum commendatione ductus rex mihi honorificum hoc munus detulit, verecunde gratias ago. Si justitia et clementia summæ dicendæ sunt regales virtutes, ministri autem regis quodammodo membra et partes ejus existimandi sunt, nescio equidem per quæ quasi membra illæ virtutes manifestius et luculentius expromi possint. Mihi quidem hoc sæpe fuit in meis casibus vel maximo solatio, quod sciebam penes eos esse moderamen fortunarum mearum, quibus summa cum fiducia res meas permittere possem.

Verum et tibi, vir clarissime et summe venerande, qui huic scholæ præes, grati animi testimonium debeo, quod tecum esse cupienti mihi humaniter occurristi, addita ista voce, me tibi gratum et acceptum venire. Quod re vera ita esse perpetua tua erga me voluntate jamdiu satis declarasti. Ego autem, ut tuo judicio dignum me præstem, profiteor et in me recipio, si quid boni aut grati per me tibi obvenire possit, si quid aut ornamenti aut voluptatis tuæ senectuti a me possit confici, nihil in me umquam aut operæ aut studii defuturum esse, meque id semper in summa felicitatis parte positurum. Neque hoc solum eo dico, quia me gratum et esse et videri cupio, sed etiam quia ita me certius officio satisfecisse existimabo, si tibi probari potuerim.

At animo in gratis officiis occupato etiam Vos occurritis, collegæ dilectissimi, quibus multis nominibus gratiæ agendæ sint; qui recenti adhuc dolore ex amissis modo duobus collegis, ab humanitate non minus quam a doctrina egrægiis, ita me recepistis, ut ii, quibuscum jam antea mihi usus fuerat, nihil de pristina amicitia remisisse, qui post illa tempora accesserunt, jam cum illis studio et benevolentia certare videantur. Quod gratus agnoscens hoc vobis denuntio, vos me semper facili et commodo amico usuros, hoc uno excepto, quod nullo modo me aut studio aut beneficio a vobis vinci et superari patiar.

Te vero, carissima juvenus, te intuenti mihi una res præ ceteris omnibus succurrit, quam tibi ideo hic potissimum inculcandam duco, quia cum tota serie hujus questionis certandi...

sæpe alias agendi occasio erit, sed nunc quidem hoc vos monitos volo: quod sapius audivistis a me hodie laudatam esse eam libertatem, quæ juvenili vestræ hilaritati conceditur, hoc certe jure et merito vobis gratulari licet, quod in eo sæculo nati estis, a quo pristina illa docendi tristitia remota sit; sed id ita vobis profuturum scitote, si concessa venia modeste utemini, si memineritis post studia, non inter studia, ludos esse quærendos, si cavebitis, ne animi vestri nimia lætitia exsulent seque efferant, denique si bonis et compositis moribus benevolo doctorum judicio vos commendabit.

Jam vero quemadmodum a memoria exorsa est, ita in spe et voto ut terminetur oratio, non diffiteor me, ubi tam bona præsidia et adminicula adsint, lætissima spe futura præcipere; sed idem oro atque ex animo precor, ut ille, ad quem omnes spes nostræ referendæ sunt, operi meo adsit atque ut hæc, quæ aggressus sum, quod bonum faustum felixque sit, bene cedere jubeat et ad optatos exitus perducatur.

Est enim magnum et grave munus, in quo versor, et ad multos pertinens, quod vel ex hac ipsa corona lectissimorum virorum judicare licet, qui quam sit sibi hæc schola curæ cordique, ipsa sua præsentia satis declarant. Neque vero is sum, qui meum esse putem, hæc potissimum de causa pro officio mihi imposito Vobis gratias agere. Honoris enim et virtutis vestræ causa hæc in scholam nostram conferuntur. Sed quod intelligo hanc frequentiam amplissimorum et doctissimorum virorum nobis haud exiguo esse ornamento, quod video Vos in partem festi hujus diei, cum meis rebus arte conjuncti, vocatos humaniter et benevolo animo venisse, ideo Vobis et meo et scholæ nomine etiam atque etiam gratias ago.

Den aarlige offentlige Examen i Metropolitanskolen d. A. begynder den 24^{de} denne Maaned, og fortsættes i den Orden, som efterstaaende Schema udviser.

Hvilken Examen saavel Skolens Disciples Forældre eller Værger, som andre Skolens Velyndere og Venner herved ærbødigt indbydes at bæere med deres Nærværelse.

Metropolitanskolen, den 16^{de} September 1838.

N. Lang Nissen,

Dr. Philos., Professor og Rector scholæ,
Ridder af Dannebrog.

Schema

over

Examinationens Gang ved den offentlige Examen i September 1838 i Metropolitanskolen.

Mandagen den 24^{de} September.

I IV^{de} Classes Læsestue.

- 9 -12. Latin III Cl. A.
12 - 2. Latin II Cl. B.
4 - 6. Hebraisk IV Cl. B.

I III^{de} Classe B^s Læsestue.

- 9 -11. Dansk IV Cl. B.
11 - 2. Hist. og Geogr. III Cl. B.
4 - 6. Hist. og Geogr. I Cl.

Torsdagen den 27^{de} September.

I IV^{de} Classes Læsestue.

- 9 -12. Latin IV Cl. B.
12 - 2. Hist. og Geogr. II Cl. A.
4 - 6 $\frac{1}{2}$. Latin II Cl. A.

I III^{de} Classe B^s Læsestue.

- 9 -11 $\frac{1}{2}$. Hist. og Geogr. III Cl. A.
11 $\frac{1}{2}$ - 1 $\frac{1}{2}$. Tydsk IV Cl. B.
4 - 6. Fransk IV Cl. B.

Tirsdagen den 25^{de} September.

I IV^{de} Classes Læsestue.

- 9 -11 $\frac{1}{2}$. Hist. og Geogr. IV Cl. B.
12 - 2. Græsk III Cl. A.
4 - 6. Dansk I Cl.

I III^{de} Classe B^s Læsestue

- 9 -12. Fransk III Cl. B.
12 - 2. Dansk II Cl. AB.
4 - 6. Relig. og Bibelh. II Cl. B.

Fredagen den 28^{de} September.

I IV^{de} Classes Læsestue.

- 9 -11. Hebraisk III Cl. A.
11 - 2. Latin III Cl. B.
4 - 6. Latin I Cl.

I III^{de} Classe B^s Læsestue.

- 9 -11. Matematik II Cl. A.
11 - 1. Arithmetik II Cl. B.
4 - 6. Matematik IV Cl. B.

Onsdagen den 26^{de} September.

I IV^{de} Classes Læsestue.

- 9 -11. Fransk I Cl.
11 -12. Naturhistorie II Cl. B.
12 - 1. Naturhistorie II Cl. A.

- 9 -12. Latinsk Stil.
12 - 2. Tydsk Stil.

Løvedagen den 29^{de} September.

I IV^{de} Classes Læsestue.

- 9 -11. Tydsk I Cl.
11 -12. Fransk II Cl. B.
12 - 1. Fransk II Cl. A.

I III^{de} Classe B^s Læsestue.

- 12 - 2. Relig. og Bibelh. I Cl.

Mandagen den 1^{ste} October.

I IV^{de} Classes Læsestue.

- 9 -12. Græsk IV Cl. B.
12 - 2. Tydsk III Cl. B.
4 - 6. Relig. og Bibelh. IV Cl. B.

I III^{die} Classe B' Læsestue.

- 9 -10½. Dansk III Cl. A.
11 - 1. Arithmetik I Cl.
4 - 6. Tydsk II Cl. AB.

Tirsdagen den 2^{den} October.

I IV^{de} Classes Læsestue.

- 9 -11½. Græsk III Cl. B.
12 - 2. Hist. og Geogr. II Cl. B.
4 - 6. Relig. og Bibelh. II Cl. A.

I III^{die} Classes B' Læsestue.

- 9 -11. Fransk III Cl. A.
11½ - 2. Relig. og Bibelh. III Cl. B.
4 - 6. Tydsk III Cl. A.

Onsdagen den 3^{die} October.

I III^{die} Classe B' Læsestue.

- 12 - 2. Naturhistorie I Cl.

- 9 -12. Dansk Stül.
12 - 2. Fransk Stül.

Torsdagen den 4^{de} October.

I IV^{de} Classes Læsestue.

- 9 -11½. Relig. og Bibelh. III Cl. A.
11½ - 1½. Græsk II Cl. B.
4 - 6. Græsk II Cl. A.

I III^{die} Classe B' Læsestue.

- 9 -11½. Dansk III Cl. B.
11½ - 2. Mathematik III Cl. A.

Skriftlig Fxamen.

Onsdagen den 26^{de} September.

- 9 -12. Latinsk Stül IV Cl. B.
— — — III Cl. A.
— — — III Cl. B.
— — — II Cl. A.
12 - 2. Tydsk Stül IV Cl. B.

Lövrdagen den 29^{de} September.

- 9-12. Version fra Latin IV Cl. B.
— — — III Cl. A.
— — — III Cl. B.
— — — II Cl. A.

Onsdagen den 3^{die} October.

- 9-12. Dansk Stül IV Cl. B.
— — — III Cl. A.
— — — III Cl. B.
— — — II Cl. AB.
— — — I Cl.
12-2. Fransk Stül IV Cl. B.

De Candidater, som i Aar agtes dimitterede til Academiet, ere:

1. *Odin Wolf Tidemand*, en Søn af Institutbestyrer her i Staden
Hr. Secretair *Odin Tidemand*;
 2. *Peter Rothe*, en Søn af Committeret i det Kgl. Rentekammer
Hr. Etatsraad *Christian Rothe*, Ridder af Danebrogen og
Danebrogsmænd;
 3. *Wilhelm Severin Martinus Erichson*, en Søn af afg. Mægler paa
St. Croix *Henrich Nicolai Erichson*;
 4. *Johan Peter Weywadt*, en Søn af Handelsbogholder *Hr. Peter
Weywadt*;
 5. *Ferdinand Emil Seidelin*, en Søn af Capitain i Søe-Etaten
Hr. Jens Seidelin, Navigations-Directeur og Ridder af Dane-
brogen;
 6. *Johan Peter August Fog*, en Søn af Søekrigscommissair og
Mynsterskriver *Hr. Johan Peter Fog*;
 7. *Georg Anton Severin Munk*, en Søn af Inspecteur ved Frede-
riks Hospital *Hr. Major Christian Ryberg Munk*, Ridder af
Danebrogen;
 8. *Alfred Eduard Lybecker*, en Søn af Hr. Secretair *Ove Høegh
Lybecker*, forhen Casserer under Kjöbenhavns Magistrat.
-